I.C.C.26. 165

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν

ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ

Ὁμιλία εἰς τοὺς Μακαρίους Ἀποστόλους

ΠΕΤΡΟΝ καὶ ΠΑΥΛΟΝ

S. P. N.

SOPHRONII

HOMILIA IN BEATOS APOSTOLOS

PETRVM ET PAVLVM

Prodit nunc primùm

Ab Interprete IOANNE FRANCISCO ALBANO Vrbinate.

DICATA

ÉMIN.MO ET REVER.MO. PRINCIPI

FRANCISCO CAR. BARBERINO

S. R. E. VICECANCELLARIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Typis Fabij de Falco. M. DC. LXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. Sac. Pal. Apost. Magist.

M. Gallius Episc. Arimin. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Pal. Apost. Magister.

Εξοχωτάτῳ & αἰδεσιμωτάτῳ Ἀρχοντι.

ΦΡΑΓΚΙΣΚΩι ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΙ ΒΑΡΒΕΡΙΝΩι

Τῆς ἁγίας Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας μεγάλῳ Χαρτοφύλακι,

καὶ τῆς Ἱερᾶς Συγκλήτου Πρεσβυτάτῳ,

Ἰωάννης Φραγκίσκος Ἀλβανὸς, Χαίρειν.

Προσάγων σοι, ὀξοχώτατε καὶ αἰδεσιμώτατε Ἄρχθυ, Σωφρόνιον τὸν πάνυ, δόξαιμι ἂν οὐ καὶ εἰκότως ποιεῖν, ἅτε μιμούμενος τὸ Θεῖον καθ' ὁμηρικὸν ἐκεῖνο πάλαι φιλοζοούμενον ἦτορ. Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Ὅμοιος δέ σοι Σωφρόνιος τὴν ἀφυΐαν, τὴν φιλομάθειαν, τὴν παντοδαπὴν παιδείαν, ἀσέβειαν, ἀεργείαν, & πάσας ἀρετὰς τῷ Ἐκκλησιαστικῷ προεστώσας ἄρχοντι. ἀλλ' ὅμως παντελῆ γε ὁμοίωσιν ἔν τι τοῦτο ὑστέρημα κωλύει. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μονόγλωττος ἦν, ἑλληνικῆς μὲν εἰς ἄκρον, οὐκ ἄμοιρος δὲ καὶ Ῥωμαϊκῆς εἰδήμων ἁβρᾶς λέκτης. Σοὶ δὲ, ἀμφὶ τὸν ὀφθαλμὸν, Λατῖνον δῆθεν καὶ Γραϊκὸν ἰδίωμα, ἑνὶ σωκράταν κεφαλῇ τῇ σῇ, ὅταν ἐντυγχάνοις Παλαιοῖς ὁμοίως καὶ Ἕλλησιν, ἀνατολικοῖς ἢ δυτικοῖς ἀνδράσιν καὶ συγγράμμασιν, οἶδ', οἶδ' οὐ πολλοῦ, ἑρμηνέως δεῖς ὃ σωτῆρά τι φωνοῦσιν ἢ σημαίνουσιν, οὐδὲ δεῖς ὃ αὐτόχειρον ἀποδύναι ἀποκρίσεις τὰς ἱκανὰς ὁποιοισδήποτε ζητήμασιν ἐκείνων. Οὐ τόσον δυοῖν, ταῖν Σωφρονοῖν. ᾧ δὴ νῦν δεῖγμα τὸν καθ' ἡμέραν τοῦτον ὑποδημοῦντι, εἰ μὴ ταρῇ ὁ μεταφράσων ἀλλήλοις μίαν γνώμην αὐτῷ χρώμενος παιδικῇ φωνῇ, ὀλίγους ἂν οὕτω συνομιλητὰς, καὶ τὰ πολλὰ σιωπῶν σκυθρωπάζοιτο. ἀσμένως ἐκδίδωμί με, ἄκλητός τε ἀπαντῶ εἰς τοῦδε τοῦ ὑπηρεσίαν αἰδουμένου, ὡς θέμις, & ἐλεεῖν τὸν ὄντως τίμιον ξένον· ἀφ' οὗ σοι φίλου ἐς τὰ μάλιστα, μεγάλων ἐλπίζω χάριν, πεποιθὼς ὅτι συνιστάσῃ μέ σοι τὸν ἔντυγ' ἑρμηνέα, παλαιοῖς μύθοις καὶ οἰκείοις δεσμοῖς πάνυ σοι προσδεδεμένον, δι' ὃς συ τῇ μεγαλειότητι ἐς ἀεὶ δεδούλευμαι, κοινω-

νὸς, ὡς ἐκ κληρομοίας, δουλείας ἐκείνης τῷ μου πατρὶ Ὀρα-
πίῳ Ἀλβανῷ πάλαι τῆς Ῥωμαϊκῆς πόλεως Βιλιοθήκης, τοῖς τε μου, πρὸς
πατρὸς θείοις, Ἀννίβα τῷ Βατικανῆς φύλακι Βιβλιοθήκης, ἅμα τε Μα-
λατέστῃ, καὶ ἄλλοις σχεδὸν πᾶσι τῆς συγγνείας ἡμῶν, διὰ ἀνοίας ἐς ἀνερ-
γεσίας ἀεὶ θωμαζῆς Μαρκιλίας λαμπρότατον ἠξιωσας. ὧν ἐγὼ τοσού-
των ὀφειλέτης χρεῶν, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν ἀμαλύνειν, ὁ μόνον δυνάμαι,
ἀμὰ τοῦδε τοῦ Σωφρόνιον, ὥσπερ πρεσβυτικὸν ἀξιόπιστον, ὁμολογῶ τὸν
ἁγιωτάτων ἐς ἀληθεστάτων πρόσπλοξίν τε ἐς πρόσκωπον φθαρχηκώ-
τα πρός σε Μαρκιλίαν νυν τε ἐς σύλλογον, ἴσως ἀξιολογώτερα πρὸς σοῦ
ποτε μελέτησοντος. Ἔρρωσο.

BENEVOLO LECTORI.

Ioannes Franciscus Albanus S. P.

DVos olim Sophronios doctrinæ, et sanctimoniæ famâ conspicuos Ecclesiastica novit Historia. Fuit alter Sancti Hieronymi æqualis, et familiaris Sophronius, cuius is honorificè meminit sub finem Catalogi Scriptorum Ecclesiasticorum: alter plusquam ducentis annis iunior Orthodoxæ Religionis propugnator acerrimus; quippe qui contrà Monothelitas Hæreticos strenuè decertaverit, Hierosolymitanus Patriarcha, Anno Heraclij xix. Christi D.C.XXXVI. sanctè decessit. Postremi huius Sophronij editorum Operum catalogum dat doctissimus Philippus Labbe Societ. IESV, tomo 2. Dissert. Philologicę de Scriptoribus Ecclesiasticis pag. 366. Diversam ab ijs ejusdem S. Patris Homiliam hanc, quam præ manibus habes, ex antiquo Codice descripsi, quem olim Romam detulit è Germaniâ Antiquitatis Investigator studiosissimus Franciscus Turrianus Soc. IESV; Hujus mihi benigna copia facta est à Patribus Domûs Professæ Romanæ eiusdem Societatis, ubi asservatur. Id opusculum latinè à me redditum, Amicis edendum suadentibus negare non potui, visum utique ipsis genuinâ salutarium dogmatum ubertate alijs Sophronij fętibus nec impar, nec degener, nec minus luce dignum, quam alia illa ejusdem Autoris Bibliothecæ Patrum dudum indita. Tu, Lector, quicquid hoc opellæ est, pro tua humanitate, boni consule; ac primis conatibus Tyronis κεραμικὸν ἔνπθω μανθάνοντος, hoc est: rudimentum græca interpretandi hâc ipsâ scriptiunculâ ponentis, Fave, et Vale.

TESTIMONIA DE SANCTO SOPHRONIO Archiepiscopo Hierosolymitano.

Ἐκ τῦ Μηναίυ.

Τῷ αὐτῷ μηνὶ, ιά. τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίυ Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Οὗτος ὁ μέγιστος τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ χώρας μὲν ἔφυ φοινίκης λιβανοστεφάνυ, πόλεως δὲ Δαμασκῦ, ἐυσεβῶν τε ὁμοφρόνων γονέων τέκνον, πατρὸς μὲν καλουμένυ Πλινθᾶ, Μητρὸς δὲ Μυρῦς. ἐντεῦθεν ἀφυΐα φύσεως τὴν ἐπιμέλειαν κεφαλαιωσαμένη, ὑπερφυῶς ἐπεσημῶν ἁπασῶν τὸ κράτος ἀνεδήσατο. ἔτι δὲ τὴν Δαμασκὸν οἰκῶν, πᾶσαν ἀρετὴν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἀσκηθεῖσαν μετῆρχετο. ἔπειτα τὴν μάνδραν τῦ μεγάλυ Θεοδοσίυ καταλαμβάνει. ἐν ᾗ σχολάζων, τε τῷ Θεῷ ἐν ἡσυχίᾳ συλινόμενος, τῇ τῶν θείων γραφῶν μελέτῃ τὴν καρδίαν καὶ τὸν νοῦν κατωχύρωσεν, πᾶν νόημα αἰχμαλωτίσας εἰς τὴν ὑπακοὴν τῦ Χριστῦ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Ex Menæo Græcorum, 11. Martij.

Hoc ipso mense, die 11. *Sancti Patris nostri Sophronij Archiepiscopi Hierosolymitani.*

Magnum hoc Ecclesiæ luminare fuit ex regione Phænicia quæ Libano coronatur, ex Civitate autem Damasco, piorum & concordium parentum filius, patris quidem qui vocabatur Plinthas, matris verò quæ dicebatur Myro. Præstanti ingenio studium adiungens, mirificè scientiarum omnium culmen est adeptus. Habitans autem adhuc Damasci virtutem omnem, quæ in Eremo exercetur, excoluit. Postea ad Magni Theodosij Monasterium se contulit, vbi vacans, & cum Deo in quiete consuetudinem habens, assidua divinarum literarum meditatione cor & mentem firmavit, omnem cogitationem captivans in obedientiam Christi. &c.

Ex Martyrologio Romano eadem die Hierosolymis, Sancti Sophronij Episcopi.

Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν

ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ

Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Ὁμιλία εἰς τοὺς Ἁγίους

ΠΕΤΡΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΝ

Τοὺς Μακαρίους Ἀποστόλους

Τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῶν Γενεθλίων.

Sancti Patris Nostri

SOPHRONII

Archiep. Hierosolymorum

Homilia in Sanctos

PETRVM, ET PAVLVM

Beatos Apostolos

Quarta die Festorum Natalitiorum.

Interprete IOANNE FRANCISCO ALBANO Vrbinate.

ΠΑλιν ἡμῖν δύας ἀδιάλυτος ἔλαμψε. Πάλιν ἡμῖν συζυγία ἀδιάζευκτος ὠφθη. Πάλιν ἡμῖν συναφὲς ἀδιάτμητος ἐβλάστησεν Ἀποστολικῶν ὁμοῦ πανηγύρεων εἰς μίαν συνδρομουσῶν ἑορτὴν καὶ πανήγυριν, καὶ διπλᾶς ἡμᾶς λαμπρυνουσῶν ταῖς φαιδρότησιν, ἐν μιᾷ φωτὸς ἡλιακοῦ φαιδρυνομένων λαμπρότητι. Πέτρος γὰρ τῶν Ἀποστόλων ὁ κορυφαιότατος σήμερον, καὶ Παῦλος ὁ Πέτρῳ τὴν χάριν ἐφάμιλλος, καὶ τὴν ἀξίαν τῆς Ἀποστολῆς συγγενὴς, κἂν εἰ μὴ τῆς ἱερᾶς δωδεκάδος ἐκείνης τῶν φωτοφανῶν Ἀποστόλων ἐτύγχανεν. ἧς τὴν ἐκλογὴν καὶ προ-

DEnuò nobis Binarium indissolubile effulsit: Denuò nobis Par inseparatum floruit: Denuò nobis connexio indiuisa affluxit Apostolicarum simul solemnitatum in vnum concurrentiũ festum & solemnitatem, ac duplici lumine nobis inclarescentium, in vnò Solaris lucis prænitente fulgore. Petrus enim Apostolorum maximus Coryphæus hodiè, & Paulus Petro æqualis in gratia, & Apostolatus dignitate proximus; etiamsi non esset ex sacrosancto illo maximè illustrium Apostolorum duodenariò, cuius electionem, ac promotionem non merus homo

homo architectatus est, non Propheta, non Patriarcha, nõ Iustus, non cæleſtis, nõ incorporeus Angelus; iſti enim omnes ſervi fuerunt, & nobis hominibus conſervi (etiam ſi virtutibus nos, & ſpiritualibus dignitatibus, ac gratijs multo intervallo antecellerẽt) ſed architectatus eſt ipſe Chriſtus omnium herus, & ſimul Deus ac Dominus naturâ duplex, & vnicus hypoſtaſi, ex divinâ ſimul & humanâ naturâ compoſitus, & in divinâ ſimul & humanâ ſubſtantiâ palàm cognitus, ac nullatenus in illas diviſus, nec ſciſſionem vllam indiviſus admittens, ob immutabilem, & inſeparabilem vnionem. Neque enim ea ex quibus eſt, confudit, etiam ſi invicem hæc ſecundum hypoſtaſim univerit, neque illa in quibus eſt invicem ſeparavit, etiam ſi in ipſis perfectè dignoſcatur Deus & Homo idem, & in eodem conſideratus, qui corda & renes novit, & animæ inconſpicuæ perſpicit conſilia, quæ vnuſquiſ-

βλησιν οὐκ ἀνθρωπος τις φιλὸς ἐτεκτήνατο, ἢ Προφήτης, ἢ Πατριάρχης, ἢ Δίκαιος, οὐκ ἀγγέλικὸς καὶ ἀσώματος Ἄγγελος. Δοῦλοι γὰρ ὅτοι καθεζήκασιν ἅπαντες, καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ὁμόδουλοι (κἂν εἰ ἀρεταῖς ἡμᾶς καὶ πνευματικαῖς ἀξίαις, καὶ χαρισμέτῳ πολλῷ διαφέρωσιν) ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ δεσπότης πάντων ὁμοῦ καὶ Θεὸς καὶ Κύριος, ὁ τελείαν φύσιν διπλοῦς καὶ μοναδικὸς τελείαν ὑπόσασιν ὁ ἐκ θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης συγκείμενος φύσεως, καὶ ἐν οὐσίαις τε θείᾳ, καὶ ἀνθρωπίνῃ φανερῶς γνωριζόμενος, καὶ ἀδιαιρέτως εἰς ἄμφω διαιρούμενος οὐδὲ τομὴν τελείαν ἀνέχδεχόμενος διὰ τὴν ἄκρατον καὶ ἀμέριστον ἕνωσιν. οὐδὲ γὰρ τὰ ἐξ ὧν ἐστι συνέχυσεν, εἰ καὶ ἀλλήλοις τὼτα καθ' ὑπόσασιν ἕνωσεν, οὔτε τὰ ἐν οἷς ἐστιν ἀλλήλων διέκρισε, κἂν εἰ ἐν αὐτοῖς τελείως γνωρίζεται Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς καὶ ἐν τούτῳ θεωρούμενος, ὁ καρδίας καὶ νεφροὺς ἐπισκόπων, καὶ ψυχῆς ἀφανοῦς θεωρῶν τὰ βουλεύμα-

τα ἅπερ ἕκαστος ἀνθρώπων ἐν καρδίᾳ κρυφαίως βουλεύεται· καὶν εἰ λανθάνειν δοκεῖ λησρκώτας τοὺς τῆς ἀυτῆς συναρχοντας φύσεως. τοῦτ' οὖν ἡμῖν τῆς σωτηρίας κηδόμενος δι' ἣν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν προσελήλυθεν, ἁλιέων ἐκλογὰς ἐποιήσατο, καὶ χάριν Ἀποστολῆς αὐτοῖς κατεμέρισε, συγκριθμηθεὶς μὲν αὐτῶν τῇ ποσότητι, οὐ διαιρῶν δὲ αὐτῶν τὸ ἀξίωμα, οὔτε τὴν τάξιν συγχέων. ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι ἀποστολικῆς ἀξίας καὶ χαρίτων τὸ τῆς τάξεως τηροῦσαν διάφορον. καλεῖ γὰρ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δύναμις καὶ ὁ λόγος ἁπάντων γνωστῶν γνωστικώτατος χέχρικε δὲ τῆς Ἀποστολῆς τὴν ἀξίαν ἐνιαίαν φυλάττεσθαι, καὶ τῆς τάξεως τὴν διαφορὰν ἀσυγχύτως γνωρίζεσθαι, ὡς αὖ μήθ' ἡ τάξις εἰς ἀταξίαν μετέρχηται (ἐχθρὸν γὰρ Θεῷ τυγχάνει τὸ ἄτακτον) μήτε τῆς ἀξίας ἡ χάρις εἰς ἀνίσους διαιτήμενη χάριτας. ἀμεταμέλητα γὰρ εἰσι τὰ χαρίσματα. καὶ ὃ ὅρισε ἅπερ αὐτὸς διορίσατο, ἀδάμως, ὡς

que homo in corde occultè deliberat, etiamsi astutissimè se latere existimet eos, qui secum eiusdem participes sunt naturæ. Hic itaque de salute nostrâ sollicitus, propter quã & de Cælo ad nos venit, Piscatorum electiones fecit, & Apostolatus gratiã illis distribuit, connumeratam quidem ipsorum quantitati, nõ tamen per hoc dividentem ipsorum dignitatem, neque ipsorum ordinem cõfundentem, sed in unitate Apostolicæ dignitatis & gratiæ, ordinis differentiam, conservantem. Benè enim sapientia Dei & potentia, & Verbum divinum omnia quæ cognosci possunt apprimè cognoscens, disposuit, & Apostolatus dignitatem unicã custodiri, & ordinis differentiam citrà confusionem cognosci, itaut nec ordo in inordinationem migraret (invisa enim Deo est inordinatio) neque dignitatis gratia in inæquales gratias divideretur: sine pœnitentia enim sunt gratiæ dona, & *terminum*, quẽ ipse *posuit* (prout Psalmus loquitur) Psalm. 103. 9.

non transgredientur. Ipse proinde omnia in pondere, & mensurâ disponens, & vnicuique munera dans, consilio personarum rationem nō habente, post primam electionem quam fecit duodecim Apostolorum, & post secundam quam fecit duorum & septuaginta Discipulorū, post in Cælum, peractis iam terræ negocijs, ascensionem, quæ facta est secundum carnem, quam ex nobis assumpsit; (carne enim carens, & incorporeus prius ad nos descendit) & tertiam electionem ostendit, Apostolorum numerum benè auctus, non tamen Apostolatus differentiam faciens. Potestatem enim habet Deus omniū nostrûm productor, ex luto & figmento vas facere, illoque vti prout vult, nemine ipsius consilijs resistente; sicut & Paulum manifestè eligens, dixit ad Ananiam Pauli Baptistam, & Magistrum; Ille enim ipsum & cæcum illuminavit, & illuminatum baptizavit, &

Act. 9

ἡ μελῳδία φησι, παρελθίσεται· ἔστι ὁ πάντα ζυγῷ καὶ σταθμῷ διοικούμενος, καὶ ἑκάστῳ διδοὺς ἀπροσωπολήπτως βουλῇ τὰ χαρίσματα, μὴ τῶν προτέρων ἐκλογῶν εἰς ἀποστόλοις πεπόιηκε δώδεκα, καὶ τὴν δευτέραν εἰς ἑβδομήκοντα πέντε, μὴ τῶν εἰς οὐρανὸς ἐκ τῶν ὁρατῶν πραγμάτων ἀνάβασιν, ἥτις ἀφ' ἡμῶν σάρκα γενέσθαι εἰς ἡμᾶς προσελάβετο (ἄσαρκος γὰρ καὶ ἀσώματος ὢν, ὡς ἡμᾶς καταβέβηκε) καὶ τρίτην ἐκλογὴν ὑπεδείκνυται αὔξων τῶν Ἀποστόλων καλῶς τὴν ἀρίθμησιν. οὐκ Ἀποστολῆς διαφορὰν ἐργαζόμενος. ἔξεστιν γὰρ ἔχει ὁ πάντων κεραμεὺς ἡμῶν Θεὸς τὸν πηλὸν καὶ τὸ πλάσμα τὸ σκεῦος ποιεῖν ὃ θέλει, μηδενὸς αὐτοῦ ταῖς βουλαῖς ἀντιπαρεχόντος, ὡς καὶ ὁ Παῦλον σαφῶς ἐκλεγόμενος ἔφασκε πρὸς Ἀνανίαν τὸν Παύλου Βαπτιστὴν καὶ διδάσκαλον. ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν καὶ τυφλωθέντα πεφώτικε, καὶ φωτισθέντα βεβάπτικε, καὶ βαπτισθέν-

170

τα δεδίδαχε τὸ θεόπνευσον δίδαγμα. Πορεύου εἰς τὴν θείαν κατήχησιν, ἐμὴν καὶ ἀνάβλεψιν, ὅτι σκεῦός ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐναντίον ἐθνῶν τε βασιλέων υἱῶν τε Ἰσραήλ. ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν. ἀλλὰ Παῦλος αὐτὸς ὁ θαυμάσιος τῆς οἰκείας ἀξίας δήλωσιν τὴν προχείρισιν ἐγράφει. ὡς ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς τὴν περιτομὴν, ἐνήργησε κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. τῆς οὖν τοῦ Σωτῆρος κατ' ἐκλογὴν προχειρίσεως Πέτρῳ τῷ πρώτῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ κήρυκι Παύλου συναρμοσάσης τῷ ἑνὶ θεῷ, καὶ ἓν ἀμφοῖν δεδωρημένης ἀξίωμα. κἂν εἰ τὸν μὲν εἰς Ἀποστολὴν τὴν ἐν περιτομῇ προεβάλετο, τὸν δὲ ἀγέλαις ἐθνικαῖς προσεκλήρωσε, καὶ χάριν μίαν καὶ θεόσδοτον ἀξίωμα (τὸ τῆς υἱοθεσίας φημὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα) τοῖς δι' αὐτοῦ ὡς Χριστὸν αὐτὸν ἐπιστρέφουσι δέδωκε, καὶ ὄνομα ἓν ἀμφοῖν προσεχάρισαι τὸ ὑπ' αὐτοῦ Χρι-

baptizatũ docuit divini Spiritus præceptum: Vade ad divinam catecheſim dandam, quin etiam & ad viſus reſtitutionem, *Quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael; ego enim oſtendam illi quanta oporteat ipſum pro nomine meo pati.* Sed Paulus ipſe admirabilis propriæ dignitatis traditionem oſtendens, ſcripſit, *qui operatus eſt Petro in Circumciſionem, operatus eſt & mihi in Gentes.* Cum igitur Servatoris conceſſio ſecundum electionem Petro Apoſtolorum Principi, & *Evangelij* Præconi Paulum Deo plenum ſociaverit, & vnam ambobus dignitatem elargita fuerit, etiam ſi illum quidem in Apoſtolatum eorũ qui in circumciſione ſunt, elegerit; hunc verò gregibus Gentium addixerit, & gratiam vnã dedit, ac dignitatem diuinitùs datã (hoc eſt adoptionis, quæ nos adm ovet Deo, & Patri) ijs qui per ipſum ad Chriſtum ipſum convertuntur, & nomen unum ambobus inſu-

ad Gal. 2

per concessum est, vt Christianos ab ipso Christo nominarent *eos quos converterent*. Meritò & nos qui ipsorũ Discipuli fumus, & sequaces; eorum fidem observantes, & præceptum amplectentes, invicem ipsos coniungimus, quos Spiritus gratiâ cõiunxit, & communem ipsis constituimus solemnitatem, sicuti cõmunem, & pari gloriâ nobilem electionem ipsi sortiti sũt; & vnum Christo festum celebramus, sicut vna nobis lux spiritualis per amborum splẽdorem illuxit. Quos enim Christus ipse coniunxit, & vnâ exornavit gratiâ, illos invicem separare tutum non duxerunt, qui nos in Christo pepererunt. Ob hoc enim & vnam ipsis solemnitatem statuerunt, ne Christi decreto repugnantes apparerent. Quos & nos ipsi minimi in omnibus sequi, & imitari cõtendentes, & communem illorum concursum intelligentes conjungimus, & in hoc ipsorum connexionem splendidissimè colimus; Vbi enim Petrus

σοῦ Χριστιανὸς ὀνομάζεσθαι, εἰκότως δὲ ἡμεῖς οἱ τούτων μαθηταὶ καὶ ἀκόλουθοι, πίστιν τὴν αὐτῶν φυλάττοντες καὶ δόγμα τὸ αὐτῶν ἀσπαζόμενοι, ἀλλήλοις τούτους συνάπτομεν· ὃς ἡ χάρις συνῆψε τῷ πνεύματι, καὶ κοινὴν αὐτοῖς συνιστῶμεν πανήγυριν, ὡς κοινὸν λαχοῦσι ἰσοκλεὲς βραβεῖον, καὶ μίαν Χριστῷ ἑορτὴν ἑορτάζομεν ὡς μίας ἡμῖν ἀνατειλάσης ζωῆς διὰ τῆς ἀμφοτέρων ἐπαστραπτούσης φαιδρότητος. Ὃς γὰρ Χριστὸς αὐτοὺς συνηρμόσατο καὶ μία κατεκόσμησε χάριτι, τούτους ἀλλήλων διαιρεῖν οὐκ ἀκίνδυνον οἱ εἰς Χριστὸν τετοκότες ἡμᾶς ἐψηφίσαντο. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μίαν αὐτοῖς πανήγυριν ὥρισαν, ἵνα μὴ Χριστοῦ τῷ ψήφῳ φανῶσι μαχόμενοι. οἷς δὲ ἡμεῖς οἱ ἐλαχιστοι ἐν πᾶσιν ἀκολουθεῖν ὑποτιθέμενοι καὶ κοινὸν αὐτῶν συνδρομὴν συνιέντες ἀθροίζομεν, καὶ τούτῳ φανώτατα τιμῶμεν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. ἔνθα γὰρ Πέτρος ὁ κορυφαῖος κηρύττεται, ἐκεῖ καὶ

Παῦλος ὀνομάζεται, καὶ ἔπου Παῦλος ὁ ἔνθεος ἀνὴρ φανεῖ, ἐκεῖ καὶ Πέτρος συναγελαζόμενος δείκνυται· ὅπως ἀλλήλων οἱ σοφοὶ καὶ θεσπέσιοι τὰς συνουσίας ἀῤῥήτους ἐργάζονται, τὸν χωρισμὸν μὲν βδελύττομενοι, τὸν μερισμὸν ἐκφεύγοντες, τὰς διαιρέσεις ἐκκλίνοντες, τὰς τομὰς ἀποφεύγοντες, τὰς σχισμὰς δὲ στέργοντες, ὡς μίσους ἐκγόνους, καὶ ἔχθρας ὕλας τεκνοῦσαι. διδάξαι δι' αὐτῶν ἡμᾶς ἐφιέμενοι τὴν πνευματικῆς ἀγαπήσεως ὠφέλειαν, καὶ φιλίας τῆς πρὸς Χριστὸν τὸ ὠφέλημα. τὸ γὰρ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν γινόμενον, βέβαιόν ἐστι τοῖς δρῶσιν ὠφέλειαν. διὰ τοῦτο δὴ καὶ ἀμφότεροι τὸ τῆς ἀγάπης ἡμᾶς ἐκδιδάσκοντες ὄφελος, καὶ ἐν ἑαυτοῖς τυποῦντες αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν, καὶ κοινὴν ποιοῦνται τὴν προσέλευσιν, καὶ κοινὴν τὴν πανήγυριν ἄγουσιν. ὅθεν ὁ μὲν ἀλλήλοις ἡμᾶς συνάπτειν τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης, ταύτης γινώσκων τὸ ἄπταιστον, καὶ πάντων μείζονα τῶν χαρισμάτων ὁρίζεται, ὡς καὶ τῷ

Apostolorũ Coryphæus prædicatur, ibi & Paulus statim nominatur: & vbi Paulus Vir Deo plenus, elucèt, ibi & Petrus ei aggregatus ostenditur. Sic invicè sapientes & divini Viri ineffabiles congressus faciunt, seiunctionem nolentes, separationem aversantes, divisiones evitantes, scissiones effugientes, disiunctiones non amantes, tanquam odiorum progenies & inimicitiæ semina; docere per hæc nos volentes spiritualis dilectionis utilitatem, & amicitiæ, quæ per Christum est, commodũ. Quod enim non secundum Christum Deum fit, nullam præbere solet facientibus utilitatem. Idcircò & ambo charitatis vtilitatem nos edocentes, & in seipsis ipsius efficaciam informantes, & communem faciunt accessum, & communem habent solemnitatem. Vnde ille quidem nos invicem *charitatis vinculo* coniungere contendit, ipsius firmitatem benè cognoscens; quam *omnibus charismatibus* maio-

Ad Cõlos. 3. 14

1. Cor. 13. 13.

maiorem definiebat, eô quod *proximo malum facere* nesciat; *charitas enim*, inquit, *proximo malum non facit*, & *invicem* ad Eph. 4. 2. *supportare* ijs mandat, qui ipsam induerunt; nec hoc tantum efficit, sed & sua ipsorum commoda non quærere eos jubet, proximi verò dilectionem desiderare, quæ unũ corpus, & unum spiritum facit sui participes, & in una spe vocationis eos ponit, & æternæ vitæ participes reddit. Hic verò, inquit: *Vestras animas in obedientia veritatis ca-* 1. Petr. 1. 22. *stificantes, in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentiùs: fraternitatem dili-* 1. Petr. 4. 17. *gite*: sciens mutuam dilectionem nos invicem fratres facere. Vnde & præ omnibus charitatem in proximum habere jubemur, quippe charitatem operire multitudinem peccatorum, definitiuè enunciavit. At nos quidem ipsorum præceptis contraria agẽtes, non modò nos invicem diligere nolumus, sed proximos tanquam hostes odio habere

πλησίον κακὸν οὐκ ἐδύνατο ἐργάζεσθαι· ἡ γὰρ ἀγάπη φησὶ τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. ἐ ἀλλήλων ἀνέχεσθε τοῖς ἀντιλὺ ἐνδεδυμένοις ἐντέλλεται. ἡμῖν δὲ τοῦτο γε μόνον· ἀλλὰ ἐ τὰ σφῶν αὐτῶν μὴ ζητεῖν διδάσκει. ἀλλὰ τῷ πλησίον ποθεῖν διδάσκουσι, ἥτις καὶ ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα ποιεῖ τοὺς μετέχοντας, καὶ ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως τίθησι, καὶ κοινωνοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀποδείκνυσιν. Ὁ δὲ, τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας φησὶν, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον ἐκ καρδίας ἀλλήλους ἐκτενῶς ἀγαπήσατε. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, ἀδελφοποιεῖν ἀλλήλοις ἡμᾶς εἰδὼς τὴν ἀγάπην. ὅθεν ἐ ὡς πάντων τὸ εἰς ἑαυτὸν πλησίον ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχειν ἡμᾶς ἐγκέλευται. ὅτι τὸ ἀγάπην καλύπτει πλῆθος ἁμαρτημάτων ὁριστικῶς ἀπεφήνατο. Ἀλλ' ἡμεῖς τἀναντία τούτων τοῖς διδασκαλίαις σπουδάζοντες, οὐ μόνον ἀλλήλους ἀγαπᾶν οὐ βουλόμεθα, ἀλλὰ καὶ μισεῖν ὡς πολεμίους τοὺς πλησίον ἐθέ-

λομεν

λομεν. οὐκ εἰδότες, ὡς ἔοικεν, ὡς ἔχθρα καὶ μῖσος τῷ πονηρῷ καθέστηκεν ἔκγονα πνεύματος. ὅθεν καὶ ἀδικοῦμεν τούτους καὶ θλίβομεν, καὶ μυρίαις διαβολαῖς ὀκτεθείμεθα, καὶ τῶν εἴ τι κακὸν εἰς αὐτοὺς ἐργαζόμεθα, τῆς ἀγάπης ἅπαξ χηρεύσαντες, ἥτις κατὰ Παῦλον τὸν σοφὸν, τὸν πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. ἀγάπης γὰρ ὄντως ἔργον πεφώρα καλλιστον. τὸ τὸν πλησίον κακὸν μὴ ἐργάζεσθαι. ἀλλ' οὐδὲ τούτων τὰ θεῖα διδάγματα, τὰ θείας χέμοντα χάριτος, καὶ σωτηρίαν τοῖς ποιηταῖς αὐτῶν οὐ μόνον ἀκροαταῖς, παρεχόμενα, ὅτε τὰ σοφὰ πάλιν ὑποδείγματα μετάγειν ἡμᾶς πρὸς ἀγάπην δεδύνηται. ὅτω νοσοῦμεν χαλεπῶς τὸ μισάδελφον, καὶ ἀρρωστοῦμεν δεινῶς τὸν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν, ἥτις πάντων κακῶν καὶ πηγή κυρίως ἐστὶ καὶ γεννήτρια. Διὸ παρακαλῶ, πρὸς φιλέσαται, ἵνα τὴν Ἀποστολικὴν, ὁμοῦ καὶ φιλικὴν Πέτρου, καὶ Παύλου τῶν θεσπεσίων ἀνδρῶν πανήγυριν ἄγοντες, ζηλώσωμεν αὐτῶν τὴν

volumus, non advertentes, vt videtur, inimicitiam & odiũ, mali esse fœtus spiritus. Vnde & in eos injurijs grassamur, ipsos affligimus, innumeras calumnias in eos jaculamur, ijsdem genus omne mali facimus, charitate semel destituti, quæ secundum Paulum sapientissimum *proximo malum non operatur*: verè enim charitatis optimum opus deprehensum est, proximo malum non facere. Sed neque ipsorum divina præcepta, divinâ gratiâ plena, & salutem ipsorum factoribus, non auditoribus tantum, exhibentia; neque optima ipsorum exempla nos ad charitatem perducere potuerunt. Adeò inficimur morbo fraterni odij, & mutuâ discordiâ graviter laboramus, quæ malorum omnium propriè fons est & genitrix. Quamobrem hortor vos, dilectissimi, vt Apostolicam simul, & concordem Petri & Pauli divinorum Virorum solemnitatem agentes, æmulemur ipsorum charitatem, &

ad Rom. 13. 10.

in

in unum ſpiritum, atque unú corpus conjunctionem optemus, per quæ unam Fidei unctionem accepimus, & malis nos invicem infeſtare deſinamus, & charitatis tandem cõmunem cum ipſis cæleſtem retributionem habebimus, veri ipſorum Diſcipuli effecti, & hâc certâ notâ ipſorum vera ſoboles, ac filij agniti, tenentes ipſorum charitatem, diligenter obſervantes ipſorum præcepta, & nihil prorſus ex ſacris ipſorum doctrinis pervertentes. Sed quid nunc agunt Sapientes, & omninò maximi Viri, poſt Stephanum nobis longè optimum conſiderandos ſe præbentes, quartum ordine locum vltrò eligentes: quamquam ſupremi Apoſtolatus, ac præcipuæ electionis dignitate, non modò Stephano illuſtri Protomartyri, ſed & omnibus Dei amãtibus præcellant, & ob proprij ſplendoris magnitudinem Principem meritiſſimè locum obtineànt? non enim obſcurum eſt Martyrum ſplendorem ac lucem ab Apoſtolicæ dignitatis fulgore, ac eminen-

ἀγάπησιν, & τὴν εἰς ἓν πνεῦμα & ἓν σῶμα ποθῶμεν συνάφειαν, καθ' ἃ & ἐν τῆς μίας ἐδεξάμεθα χρίσμα πίστεως, & κακῶν τὸν εἰς ἀλλήλους παυσώμεθα, & τὴν ἀγάπης ἀγαθὴν ἀντοῖς ἀμοιβὴν κοινωνήσωμεν, φοιτηταὶ χρηματίζοντες γνήσιοι, καὶ ὄντως αὐτῶν παῖδες καὶ υἱοὶ γνωριζόμενοι, ὡς κρατοῦντες αὐτῶν τὴν ἀγάπησιν καὶ πιστῶς ἀκριβῶς τὰ προστάγματα, & μηδὲν παντελῶς τῶν ἱερῶν μαθημάτων αὐτῶν διαφθείροντες. ἀλλὰ τί τοῦτο νῦν οἱ σοφοὶ & παμμέγιστοι, μετὰ Στέφανον ἡμῖν, τὸν πανάριστον εἰς θεωρίαν σαφῆ προσερχόμενοι, & τετάρτην ἐκουσίως τάξιν αἱρούμενοι, καί τοι τῇ ἀξίᾳ τῆς κορυφαίας Ἀποστολῆς καὶ προβλήσεως & Στεφάνου μόνον τοῦ λαμπροῦ Πρωτομάρτυρος, ἀλλὰ & πάντων ὁμοῦ Θεοφιλῶν ἀνδρῶν περιγρύμενοι, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀυγῆς προτερεύοντες; οὐκ ἄδηλον γὰρ ὡς μαρτυρικὴ λαμπρότης & ἔκλαμψις, πολλῷ τῆς ἀποστολικῆς ἀρ-

γλης

ἡλης ἡπάτᾳ καὶ σάσεως. τρίτλω δὲ μὴ τλὼ τῦ Χριστῦ Σωτηρίω ἡμῖν Στεφάνῳ δεδωκότες πανήγυριν, τετάρτλω ἑαυτοῖς παρετηρήσαντο, τὼ ἐντολὼν τῦ δεσπότυ μνημονεύοντες, & τιμᾶς χάριτας πληρῶν ἐφιέμενοι. τοῖς γὰρ τὰ πρωτεῖα λαμβάνειν ἐθέλουσι, & τὰς μείζους ἀξίας αἱρεῖσθαι διώκουσι, τὴν αἱρεῖσθαι τὴν ἐσχάτην ἔθεσπισεν ὧδε πῶς διαρρήδην πρὸς αὐτὸν φθεγξάμενος. Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος ἡμέτερος πάντων ἔσχατος. & ὡς ἐάν θέλῃ ἐν ὑμῖν πρῶτος εἶναι ἔστω ὑμῶν δοῦλος. & πάλιν. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν γινέσθω ὡς νεώτερος, καὶ ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν. ὁ γὰρ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, & ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. ἀλλὰ καὶ οἱ ἔσχατοι πρὸς τλὼ ἀμπελουργίαν καλούμενοι, πρῶτοι τλὼ μισθοφορίαν εἰσδέχονται. ὅθεν τῦτο σαφῶς ὁπτάμενοι, καὶ τάξιν τλὼ δευτέραν λαμβάνουσι, καὶ Στεφάνῳ τῷ θείῳ τὰ πρωτεῖα παρέχουσιν, ἵνα πρῶτοι δικαίως γένωνται, καὶ τλὼ ἀρίστην ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ὑψώσεως, τλὼ

tiâ longè superari. Iure tamen tertiam post Christi Servatoris natale Stephano solemnitatem dantes, quartam sibi ipsis servarunt, mandatorum Domini memores, & ipsa omnino adimplere volentes. Ipse enim præceperat ijs qui Primatum assequi vellent & maximas dignitates adipisci, ut locum ultimum eligerent, hoc modo disertè ipsis edicens: *Qui in vobis primus esse vult, omnium ultimus fiat, & si quis voluerit in vobis primus esse, Servus vester sit*: Et rursus: *Maior in vobis fiat tãquam novissimus, & qui primus est tanquam qui ministrat; qui enim se exaltat humiliabitur, qui verò se humiliat exaltabitur*, & etiam qui ultimi ad vineæ culturam vocantur, primi mercedem recipiunt. Vnde hoc ipsi manifestô intelligentes, & secundum sibi locum adsciscunt, & Stephano Viro planè divino primum concedunt, ut justissimè primi fiant, & optimam viam ad exaltationem nos edoceant, contemptum

Mat 20.

Marc 35.

Luc. 26.

Luc 14.

Mat 20.8

ptum scilicet & humilitatem, quam primus omnium secutus Christus nobis notã fecit exemplis, & præceptis; quæ etiam ipſi nos edocuerunt, non verbis, sed operibus loquentes: discite à nobis, quia mites sumus, & humiles corde, juxta Christi Domini, & Magistri præceptum; Et idcircò ille quidem nos *invicem superiores arbitrari* iussit: alter verò nos *invicem humilitatem insmuare* vult; *Deus enim*: inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quamobrem, & huic documento addit: *Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.* Quorum fratres dilectissimi, cum simus Auditores, & Discipuli, & documentis quæ audivimus imitationem, & verbi auditioni opera cõjungamus; inde quidem ad invicem charitatem assumentes, hinc verò humilis sui existimationis persuasionem arripientes, ut et verbo et opere ipsos imitari

Matth. 11. 29.

ad Phil. 2. 3.

1. Petr. 5. 5.

Ibid. 6.

ἀπέλιφαν φημὶ καὶ ταπείνωσιν, ἣν πρῶτος ἐνεργήσας Χριστὸς ἐτέμετο, καὶ τοῖς ἐργμασι τοῖς ἑαυτῶν ἐνδιδάσκων. μάθετε ἀφ' ἡμῶν, τοῖς ἔργοις φθεγγόμενοι, ὡς πραεῖς ἐσμεν καὶ ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ τυγχάνομεν, καὶ ὅ τοῦ Χριστοῦ τοῦ δεσπότου καὶ διδασκάλου μάθημα. ἐστὶ δὲ τοῦτο ὁ μὴ ἀλλήλους ἡμᾶς ἡγεῖσθαι ἑαυτῶν ὑπερέχοντας, ἔφασκεν. ὁ δὲ τοὺς εἰς ἀλλήλους ἡμᾶς ταπεινοφρονεῖσθαι ἐγκομβώσασθαι βούλεται. ὅτι ὁ Θεὸς φησιν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. διὸ καὶ πρόσχωμεν τῷ τοιούτῳ διδάγματι. ταπεινώθητε οὖν τοῦτο τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς. ὦν, ἀδελφοὶ ποθητότατοι, ἀκροαταὶ καὶ μαθηταὶ χρηματίζοντες, σωάφωμεν τῇ μαθήσει τοὺς μίμησιν, καὶ τῇ ἀκροάσει τοὺς λόγους τὰ πράγματα. ἐκεῖθεν μὲν τοὺς εἰς ἀλλήλους ἀγάπην λαμβάνοντες· ἐντεῦθεν δὲ τοὺς ταπεινόφρονα γνώμην προπάζοντες. ἵνα καὶ λόγῳ καὶ πράγματι τοὺς πρὸς αὐτοὺς ὑποσπεύδοντες μίμησιν καὶ τοὺς αὐτῶν ὁμοιότητα φέροντες, καὶ ὅπως αὐτῶν ἐμφερῶς τοὺς ἑορ-

τοὺς

τὴν ἑορτάζοντες, ἀφράνωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ πνεύματα, καὶ φαιδρύνωμεν ἡμῶν ταῖς μιμήσεσι τὴν ἀυτῶν φαιδροτάτην πανήγυριν. τοῦτο γὰρ θεωροῦντες πλέον ἀφράνουσι, καὶ πλέον ἀγαλλόντας, καὶ χαίροντες ὁμοῦ καὶ γαννύμενοι τὰς ὑπὲρ ἡμῶν Θεῷ δεήσεις προσφέρουσιν, εἰρηναίαν ζωὴν παρεσβεύόμενοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἐξαιτούμενοι. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ὡς δέον ῥυθμίσαντας καὶ μετανοίᾳ θείᾳ λαμπρύναντας καὶ ἀγάπης συνδέσμῳ συσφίξαντες, τὰς ἀπολαύσεις, καὶ τὴν ἔκλαμψιν δέξασθαι, καὶ τὴν ἀγήρω ζωὴν καὶ μὴ λήγουσαν δέξασθαι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλωσύνη καὶ ὑμνήσεις πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

Τέλος σὺν Θεῷ.

contendentes, eorum similitudinem ferentes, et ita ipsorum festum similiter celebrãtes, ipsorum animas, et spiritus exhilaremus, et nostris imitationibus splẽdidissimam ipsorum solemnitatem illustremus. Hoc enim ipsi videntes magis lætitia afficiuntur, et magis gaudent, et simul exultantes ac lætantes pro nobis Deo preces offerũt, pacificam nobis vitam exposcentes, et cæleste regnum apprecantes; Cujus contingat nos omnes, (postquam se quisque nostrum prout opus est adaptauerit, et pœnitentiâ divinâ se ipsum purgaverit, charitatisque vinculo nos invicem colligaverit) fruitionem & illustrationem suscipere, & senectutis expertem, ac nunquam desituram vitam adipisci, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo & Deo Patri, & Spiritui sancto sit gloria, honor, potestas, magnificentia, & laus, vbique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

BIBLIOTECA NAZ... VITTORIO EMANUELE

Finis cum Deo.

-op